

Programma memoria  
F. H. N. K. v.  
1753



v. 1965





132



255

PROGRAMMA  
MEMORIÆ  
VIRI

SVMME REVERENDI, AMPLISSIMI, EX-  
CELLENTISSIMI ET DOCTISSIMI,

DOMINI

M. PETRI BECKERI

TOTIVS ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS, ET IN EA,  
COLLEGI DOMINN. PROFESS. SENATORIORVM, ATQUE  
FACVLTATIS PHILOSOPHICÆ, SENIORIS, REVERENDI MI-  
NISTERII ECCLESIASTICI DIRECTORIS ATQUE SENIORIS,  
MATHEMATVM ET PHYSICES PROFESSORIS P. O. SCHOLA-  
RVM ROSTOCHIENSIVM INSPECTORIS, ET AD  
ÆDES D. JACOBI PASTORIS,

VIRI  
IMMORTALIVM,


IN ECCLESIAM DEI, ORBEM LITERARIVM, ACADEMIAM,  
VRBEMQUE NOSTRAM, MERITORVM,

DIE XXV. NOVEMB. ANNI MDCCCXIII.  
DEMORTVI,

Nu 1785

SCRIPTVM

DECANO, SENIORE, CÆTERISQUE MEMBRIS FACVLTATIS  
PHILOSOPHICÆ, IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI.



ROSTOCHII,

TYPI JOANNIS JACOBI ADLERI, SEREN. DVCS ET ACAD. TYPOGR.



PROGRAMMA  
MEMORIAE  
VIRI

STIMME REVERENDI AMPLISSIMI  
CULTISSIMI ET DOCTISSIMI

DOMINI  
M. P. PETRI



TOTIUS ACADEMIE HONORIS ET IN  
CUIUS DIGNITATE ET AUCTORITATE  
TANTUM HONORIS ET REVERENTIAE  
DEBEAT HUIUSMODI HONORIFICUM  
ET REVERENDUM INSTRUMENTUM  
PUBLICE PROBARI ET ADOPTARI

IMMORTALITATI

IN SOCIETATE HONORABILISSIMA

ACADEMIAE PRAELECTORUM

DE ANATOMIA

DESCRIPTIVAE

DECANO SENIORI CETEROSQUE MEMBROS

ACADEMIAE HONORABILISSIMAE

ACADEMIAE PRAELECTORUM

HONORABILISSIMAE

ACADEMIAE PRAELECTORUM



**M**orte nobis ereptum dolemus, *Virum summe Reverendum, Doctissimum & Amplissimum, Dominum M. Petrum Beckerum, Academiæ, Collegii Professorum Senatorii, Facultatis Philosophicæ, & Rev. Ministerii, Seniore, Mathematicos & Physices P. P. O. Rev. Ministerii Directorum, Scholarum Civitatis Roslachiensis Inspectorem, & ad ædes D. Jacobi Pastorem*, cui monumentum erigimus, non tamen nisi venerationis & gratitudinis erga Ipsum, specimen edituri; merita enim Ipsius, in Academiâ universam, inque nostram præcipue Facultatem, in Rev. Ministerium ecclesiasticum, inque cæterum, quem ad verum Dei cultum fidelissime manuduxit, tanta sunt, ut & nobis silentibus, nunquam eorum memoriam tempus delere queat, nostraque proinde non indigeant celebratione. Non una ex parte venerabilis existit, maxime Venerandus Senex, cui verior Dei cultus, & non fucata pietatis apud nos incrementum, proximoque post hæc loco, scientiarum cultura, semper curæ cordique fuerunt. Superfedemus prolixiori, meritorum Viri Religiosissimi in Ecclesiâ Dei, recensio, cum partim eorum gloria, omnium, quibus Ipse innovit, versetur in ore, partim in eo, quod publico Academiæ nomine edidit Magnificus Dominus Prorektor, Programmate, eorum memoria conservetur, partimque eorum, quæ in scientiarum incrementum molitus est, ad nos præcipue spectare videatur commemoratio.

Sustinuit apud nos, *Vir summe Reverendus*, per sex, ultra dimidium sæculum, annos, rarissimo in Academiis exemplo, Mathematicam & Physices Professionem, sparramque hanc ea semper dexteritate ruitus est, tantoque, in promovendis scientiis, quarum ipsi concedita erat cura, flagravat ardore, quantus unquam expectari,

pectari, aut cogitando concipi pote. Non deerunt, quod ex consuetudine, de scientiarum dignitate, perversa iudicandi ratione, non vano augurio coniecimus, qui vulgaribus enutriti præiudiciis, non deprehendere se posse autumabunt, quidnam indefesso huic, quod in B. Viro celebramus, Matheos studio, in sit tantopere laudandum, aut extollendum. Exstitit enim, & exstat adhuc, immensus eorum numerus, qui scientias hæc, ipsis plane incognitas, & ne a limine quidem salutatas, præcipitanter condemnant. Ferunt jam antiquissimis temporibus, iniquorum ejusmodi iudiciorum, exemplum, melius non imitandum, dedisse posteros SOCRATEM, (a) qui assiduum Matheos studium improbens, ex universa Mathesi, præcipuaque ejus parte, Astronomia, non, nisi ea addisci voluerit, quæ agriculturæ & navigationi felicitus exercendis, inferviant. Egregie se fessellit, bonus senex, si dicterio hocce, matheos studium dissuadere, mens ipsi fuit; artes enim cæteræ manuales & mechanicae, cum nec minorem humano generi & reipublicæ præstent utilitatem, nec minori Matheos ad exercendas ipsas feliciter, indigeant, adminiculo, (b) quam ambæ a SOCRATE ex eorum numero expunctæ, obrationis congruentiam, omnino & ea, in quantarum scientia, utilia prædicare debuissent, quæ artibus istis, ad secure & jucunde transigendam vitam necessarias, subserviunt. Eodem, si non majori jure, addenda

(a) v. BRUCKERI Historia critica Philosophiæ P. II. Lib. II. Cap. II. §. 4. pag. 557. lqq.

(b) Nexus hujus, Matheos, immo partis ejus hujus disciplinæ, quæ meris speculationibus circa curvarum naturam occupatur, quaque vulgo maxime inutilis haberi solet, cum artibus mechanicis, fide digniorem testem excitare nescimus, quam CHRIST. POLHEMIUM, Virum, qui singulari mechanicæ peritia, machinarumque utilissimarum inventione & extruptione, Suecici ARCHIMEDIS nomen meruit. Hic vero de se ipso testatur, in den Abhandl. der Königl. Schwed. Akademie der Wissenschaften, auf das Jahr 1742. pag. 136. versionis german. a Celeb. KESTNERO editæ: Mit derzeit loquirur Vir Celeb. de tempore, ubi Upsalia, Geometriæ sublimiori addiscendæ, operam dedit) hatten dergleichen Uebungen mit den krummen Linien, und ihren Berechnungen, den Nutzen, das ich zuvor zwar viel Gedancken in der Mechanick und andern Dingen gehabt hatte, aber mit meinem Nachdencken nie so weit gelangt war, sie nutzen zu können; aber je weiter ich in diese schwere Wissenschaften kam, desto geschickter fand ich sie, verschiedene Erfindungen auszegründen. Equidem non obvius cuius est, primò intuitu, hæc scientiarum mathematicarum usus, sed proin non negandus: Des Maçons & des Mariniers ont été soulagé dans leur travail, eux mêmes ne se sont pas aperçus de l'habilité du Géometre, qui les conduisoit; ils ont été mus à peu pres, comme le corps l'est par une ame, qu'il ne connoit point; le reste du monde s'aperçoit encore moins du Genie, qui a préfidé à l'entreprise, & le Public ne jouit du succès, qu'elle a eu, qu'avec une espece d'ingratitude. Sunt verba Celeb. de FONTENELLE, in Præfatione, Historiæ Academiae Regiæ scient. Parisiensis, præfixa.

addenda ea putamus, quæ ex disciplinis mathematicis in culturam rationis & intellectus, (c) ultimoque loco, quod primo commemorandum fuisset, quæ in penitentiorem summi Numinis cognitionem, (d) influunt. Nescimus vero, an in tota, qualis nunc est scientia mathematica, vel unica adit propositio, quæ ad unum alterumve adductorum nihil conferat, quæque proinde inutilis macula jure notanda esset.

Parum scriptionis hujus scopo conveniret, latius de vario hoc a nobis commemorato, Matheleos, in vitæ felicitatem influxu, & in intellectu colendo utilitate, disquirere; dum vero id agimus, ut viro Theologo, eique præclaro simul Mathematico, monumentum statuamus, non incongruum erit, adactum, quod utramque disciplinam, Theologiam atque Mathesin, connectit vinculum spectantia pauca præfari.

Non luxuriantis aut somniantis imaginationis inventum est, quem hic allegamus, Mathesin inter & summi Numinis cognitionem, nexus, sed in sana ratione fundatus, invictis probationibus demonstratus, in ipsa S. S. non uno loco disertis verbis indicatus, (e) summorumque Virorum, qui assiduum laborem, quem postulat severa Mathesis, non subterfugientes, ad intimiora ejus mysteria penetrarunt, unanimi consensu & testimonio comprobatus. Sed non ita difficulter, cuius, cui quod sensum communem vocamus, impertivit natura, nexus hic ob oculos poni potest, ut testimonio hic pugnare necesse habeamus. Si datur Deus, mundi creator, idemque sapientissimus, potentissimus & benignissimus, compages mundana, ab Ipso ortum trahens, quæ, impotentia, defectus sapientiæ, aut crudelitatis testimonio scateret, non cogitari potest, nisi quis contradictoria concipi posse, statueret velit.

B Divinas

(c) Rem per se satis notam, testimonio confirmare, opus quidem non judicamus, dignum vero habet locum. Celeberrimi DE FONTENELLE, Præfatio, cujus mentionem fecimus, & in qua causam scientiarum physico-mathematicarum, egregie defendit, ad quem nos referamus, sequentem: Il est toujours utile de penser juste, même sur des sujets inutiles. Quand les Nombres & les Lignes ne conduiroient absolument à rien, ce seroient toujours les seules connoissances certaines, qui aient été accordées à nos lumieres naturelles, & elles seroient à donner plus sûrement à notre raison, la premiere habitude, & le premier pli du vrai. Elles nous apprendroient à operer sur les verites, à en prendre le fil, souvent très-délié & presque imperceptible, à le suivre aussi loin, qu'il peut s'étendre, enfin elles nous rendroient le Vrai si familier, que nous pourrions en d'autres rencontres, le reconnoitre au premier coup d'œil, & presque par instinct.

(d) La veritable Physique s'éleve jusq' à devenir une espece de Theologie, v. FONTENELLIUM, l. cit.

(e) Vid. Ep. ad Rom. Cap. I. v. 19, 20. Psalm, XIX. v. 2.

Divinas itaque istas infinitas perfectiones, mundus mechanicus, tanquam in speculo conspiciendas, adumbrabit, & pronus a naturæ, ad divinarum perfectionum cognitionem, erit descensus. Sed, quæ quæso concipi potest, naturæ rerum, systematisque corporum cognitio, sine Matheſi? (f) Cum effectuum, quæ corpora præstant, potissima ratio, in determinata structura, figura ac quantitate eorum posita sit, sine structura, figuræ, quantitatis, eorumque quæ ex his consequuntur, id est sine Matheſeos cognitione, nullus certe ad hæc naturæ myſteria parebit aditus, sicque & regia hæc, ad Dei cognitionem ducens via, præclusa erit.

Quo exactius thema hoc tractare, inque eo majorem lucem, quæ asseruimus, ponere queamus, non incongruum erit, quicquid naturæ & matheſeos scrutatio ad Dei cognitionem confert, ad duas classes revocare. Conſentire jam antiquissimis temporibus Philosophi, (g) non incongruis aut vanis, sed, si non rigore vere geometrico, immenso tamen probabilitatis gradugaudentibus, argumentis, ex machinæ mundanæ intuitu, Dei existentiam colligi, & non paucorum, in evolvens hiſce ratiociniis, veritatem hanc, omnium, quas cognoscere humano datum est intellectui, principem, probantibus, operam collocarunt. Fuere quoque alii, qui Dei existentiam, mundi que ab ipso dependentiam, aliunde jam nota ſuppōnentes, in id unice allaborarunt, ut quibus univerſa natura abundat, omnipotentia, summæ ſapientia, infinitæque benignitatis ſpecimina eruerent. Sat nota sunt nomina ſcriptorum, qui in utroque campo, non sine uberrimo fructuum proventu laborarunt, unde catalogum ipſorum contexere ſupervacuum foret. Conſentiant cum diſiſione, quam ſtatuis, & non obſcure indicant, duplicem hunc, quem naturæ contemplatio præſtat uſum, ſupra a nobis excitata S. codicis loca.

Methodo ſcriptorum ad Philoſophiam naturalem ſpectantium, adſueti, non ignorant, quod, ſi phænomeni cujuſdam naturalis, indaganda eſt ratio, non raro ſcientiæ hujus doctores, ita ratiocinia necere ſoliti ſint, ut aſſumendo cauſam quandam pro vera, quam ex ea conſequantur, inveſtigent, & ſi hæc naturæ ex omni parte convenire inveniant, quam ab initio poſuerunt, hypotheſin, pro vera phænomeni cauſa, ipſaque naturæ hypotheſi, habendam cenſeant. Ejusmodi veritatum concatenatio, ad inventionem veræ ſystematis ſolaris ſtructuræ, manuduxit COPERNICUM, luminis propagationem ſucceſſivam, docuit ROEMERUM, ut innumera alia, quæ ejus ope in lucem protracta ſunt, reticemus.

Eſt

(f) Fraſtam ac elumbem, vocat ejusmodi Phyſicam, Matheſeos adminiculo non ſuffultam, idoneus rei Judex, Celeb. Dominus KRAFFT, in Præſimie ad II. Parrem Præſect. acad. publicarum in Phyſicæ partes mechanicas.

(g) CICERO de Natura Deorum, Lib. II. Cap. 35. 37. ſqq. Qui quoque ARISTOTELIS, argumentandi hunc modum pro indubio habentis, & latius exponentiſ, huc ſpectantem locum adducit.



Est interim, circa argumentorum, hac ratione fructorum probandi vim, aliquid, quod monere, & præcepta logica, & ipsa, quibus Physices Doctores in abhibendis ipsis utuntur, circumspèctio, jubent. Negari enim nequit, ejusmodi ratiocinium, si nulla accedit emendatio, probare quidem, possibile esse, ut a data causa assumtum proficiscatur phænomenon, nulla vero ratione evincere, quod actu inde dependeat, nisi addatur demonstratio, quod præter suppositam, alia nulla detur, phænomeno satisfaciens hypothesis, extra dubium ponens.

Plane ejusdem generis est, quod pro summi Numinis existentia, ex naturæ contemplatione exoritur argumentum. Si enim assumatur, ab ente intelligente mundum ortum trahere, necessario largiendum quoque erit, omnia in hoc mundo ita constructa, coagmentata, & cum aliis connexa esse debere, ut quodvis scopo finique cui destinatur, maxime est conforme. Hanc vero, cum scopo sineque præstituto convenientiam, & ad eum obtinendum aptitudinem, innumeris se casibus deprehendere, affirmant naturæ periti, indeque creatoris mundani, entis intelligentis existentiam derivant.

Ut omnis ratiocinio huic, cuius indiget, rigor constet, in eo præcipue rei cardo versari videtur, ut primo loco, eam veram esse mundi constitutionem, qua, posito fini, omnia sunt constructa, evincetur, deinde vero demonstretur, ejusmodi mundi compaginem esse non posse, nisi ab ente intelligente productam ipsam, assumere velis. Seponamus prioris membri inquisitionem tantisper, de ipso enim disquirendi postea locus erit, & quemadmodum de posteriori constet, jam investigemus.

Cum demonstrandum hic sit, infra ulterius stabiendam, eam, quæ in mundo observatur cum finibus præstitutis conformitatem, concipi non posse, nisi ab ente intelligente creatum mundum concedamus, ut, qui cogitando assequi possunt, modos, quibus oriri potuisset, artificii plena hæc ejus exadificatio, inquiramus, adigimur. Quibuscum hic lis nobis intercedit, aut ab ente extra mundano quodam, ipsius ortum derivant, aut minus, & priori casu, creatori huic, entis intelligentis elogium denegant. Si vero posterius pro vero venditare magis ipsis forsitan placeat, saltem vel necessitate cæca mechanica producta hæc esse, vel casui tribuenda, affirmabunt. Hypothesium adductarum prima & secunda, una eademque opera explodi poterunt, si enim quis equidem creatorem, sed eum minime eorum quæ agit vel producit, intelligentem, assumat, mero certe casui tribuendum foret, si in mundo, cæcum ejusmodi agnoscente autorem, concinnus iste ordo & artificiosa constructio, qualis a sapientissimo melior inveniri nequit, obtineret. Sed & his enodandis postea nos accingamus.

Frequentius argumento huic, dubium istud obmoveretur, quod non impossibile sit, pulchrum istum ordinem ex mechanica quadam necessitate oriri, & proinde ens intelligens ad producendum ipsum necessarium esse, gratis concludi. Nec negari potest, dari omnino casus, ubi cum scopo conformitas in corporibus quibusdam, legum mechanismi, non prudentis electionis, est consecrarium. Occurrit nobis ejusmodi exemplum, quod quidem, an in hunc finem a quoquam sit usurparum, dubitamus, quod tamen egregie huc quadrare viderur. Postquam magnus ROEMERUS, quo cive non immerito superbit Dania, detexit, dentibus rotarum, si epicycloidalis concilietur ambitus, frictionem earum fore minimam, quæ esse potest, & machinas hac figura reddi hoc respectu tam perfectas, quantæ evadere possunt; si quis in machinam incideret, cujus rotæ figuram hanc epicycloidalem exhibent, indeque concludere vellet, machinæ structorem, rei hujus, & qui ex hac dentium figura expectandus est fructus, gnarum fuisse, profecto is egregie semet ipsum fallere posset. Eorum nempe, quibus cum machinis ejusmodi, res est, indubia constat experientia, figuram hanc dentium perfectissimam, si etiam ab initio ipsis non conciliata esset, perpetuo attritu se ipsam elaborare, ita ut dentium perimerer ad figuram hanc, etiam inscio & invito ejus conditore, continuo magis accedat. Sed quanquam ejusmodi dentur casus, quod non diffitemur, nondum corrui, quod supra adduximus pro existentia Dei argumentum, nam nec hic nos deserit naturæ intuitus, quin potius sit evidentia nobis suppeditat, explodendo huic dubio, idonea argumenta. Non ambigua in mundo adsunt vestigia, ex mechanicis legibus, structuram ipsius non pendere. In rei testimonium, unicum adducamus exemplum, quod & summo NEWTONO, cui Geometria in abyssos naturæ prospectum paravit, dirimendæ liti sufficiens visum est. Inter infinita, quibus undique cingimur systemata solaria, id quod incolimus, ea regitur lege, ut planetæ omnes, circa solem, ab occidente versus orientem promoveantur. Si itaque vel maxime, cætera, quæ in corporum eorum motu accidunt, phænomena, mechanicis legibus ortum debere concedamus, saltem indifferentiam corporum ad motum ab occidente ad orientem, & in contraria directione agnoscere tenemur. Non obscure itaque, ex hoc casu solo jam elucet, ad causam hic recurrentem esse, a mechanismo diversam, cum omnes, quibus reguntur systematis solaris mortis, leges, NEWTONI ipsas detegentis nomen ab interitu vindicantes, nihil omnino circa directionem istam determinant.

Displicuit hæc NEWTONI argumentatio, Perillustri de MAUPERTUIS, qui in Tentamine Cosmologiæ, dubia ipsi obmovit, digna quæ hic expendatur. Concedit vir Celeberr. NEWTONUM recte, ex legibus, ab ipso positis, juxta quas Planetæ a sole attractæ, in spatio, si non omnino vacuo, attamen materia

materia ultra comprehensionem rara, repleto, perpetuo vis normalis & tangentialis reniſſu, in orbem revolvuntur, concluſiſſe, nullam directionis hujus planetarum, adeſſe neceſſitatem mechanicam. "Sunt vero, ut pergit Vir ſummus, qui planetas a vorticeſſe in motum cieri ſtatuunt, & hiſce directio non ulterius ex cauſis mechanicis eſt inexplicabilis, inque hac hypotheſi, non requiritur ipſa, aut electionem, aut cœcam contingentiam, nec Dei exiſtentiam. magis quam quivis alius, materiæ impreſſus motus, demonſtrare apta eſt." (h) Hoc quod protulimus dubium, majori vi argumentum Newtonianum impugnaret, ſi de veritate legum, a Viro ſummo deſectarum, ambigere cuiquam Phyſices & Geometriæ gnaro adhuc liceret, quæ vero, cum extra dubium poſita ſint, nec ab ipſo Perill, Viro in dubium vocentur, etiam id concedere tenetur, quod ex ipſis legitime profluere, ipſe agnoſcit. Male hic opponuntur Cartefiani vortices, dudum exploſi, nec ſi vel maxime tantisper hypotheſin iſtam pro vera aſſumere velimus, magis hæc ad difficultatem ſolvendam idonea eſt, & nihilominus, vel ad electionem quandam, vel caſum fortuitum recurrere neceſſarium foret. Quari enim & hic poteſt, unde vorticis hæc, ad quam & in Cartefiano ſyſtemate indifferens eſt, ab occidente ad orientem, ortum trahat directio, ut, ſic difficultas non ſolvatur, ſed a planetis ad vortices transferatur.

Hæc & ſimilia mundi phenomena, ſtructuram ipſius, ex legibus phyſicis concipi non poſſe, abunde comprobant, unde, qui infelicem iſtum errorem, de Dei non exiſtentia, defendere vellet, vel caſum fortuitum, vel ſi cauſam mundi productricem agnoſcit, eorum quæ agit, non intelligentem, aſſumere cogitur, quæ tamen ſuppoſitiones, ſecundum ea, quæ ſupra probata jam exiſtant, omnino coincidunt.

Explodi, ex naturæ contemplatione, iidem hæc cœca conſtructionis mundi contingentia, non difficulter poteſt, aut ſaltem certo certius demonſtrari, argumenta, quibus negatur, vel infinitarum myriadum vicibus & amplius, majori gaudere probabilitate, præ iis quibus ipſa adſtruitur. Recordamur huc ſpectantis argumenti, quod ſæpius jam prolatum eſt, ab exiſtentia divinæ propugnatoribus, (i) quo melius, aut rem magis illuſtrans, cum dari vix poſſe exiſtimemus, repetere iſtud, nulli dubitamus.

C

Cogni-

(h) v. Verſionis germanicæ ſcripti hujus, quæ prodit Berolini 1751. p. 25. ſqq.

(i) CICERO loc. cit. Cap. 37. Hic ego non mirer, eſſe quemquam, qui ſibi perſuadeat, corpora quedam ſolida, atque individua, vi & gravitate ferri naturali, mundumque effici ornatiffimum, & pulcherrimum, ex eorum corporum concuſſione fortuita? Hoc qui exiſtimat fieri potuiſſe, non intelligo, cur non idem putet, ſi innumerabiles, unius & viginti formæ litterarum vel areæ, vel qualeslibet, aliquo conjiciantur, poſſe ex his in terram exculſis annales ENNII, ut deinceps legi poſſint, effici; quod neſcio, an nec in quidem verſu, poſſit tantum valere fortuna.



Cogitemus omnes quæ librum quendam, juxta severas methodi leges compositum, EUCLIDIS e. c. Elementa, constituunt literas, capitæ inclusas, sollicitè inter se misceri, & a geometriæ prorsus ignaro, fortuito, ut quævis primum manibus ejus se offert, in chartam conjici, & si minimam adhibere voluerit quis attentionem, facillimè cogitando assequi poterit, probabilitatem, eum futurum ordinem literarum, ut EUCLIDEM producant, aut omnino librum alium apte coherentem. & ordine veritatum conspicuum, a contrariè probabilitate, innumeris superari vicibus, hincque infinite fere probabilius esse, librum huncce, geometriæ cognitione polentem, quam inscium typhetam, fortuito literas colligentem, agnoscere autorem. Quod si quis huic casui, eum quem mundus nobis exhibet, comparet, per se statim patet, tam parvum esse respectu numeri objectorum in mundo occurrentium, & vel eorum solum, quæ unicam quandam machinam animalem constituunt, hunc literarum in EUCLIDE occurrentium, numerum, ut præ parvitate, priori plane sic incomparabilis, sic ut & in hoc casu probabilitas, entis intelligentis opus mundum esse, eam quæ in EUCLIDE aderat, fere infinitis adhuc transcendat vicibus. Adumbramus sic solum, quanta sit pro existentia Dei asserenda probabilitas: cum, quod alias in minoribus numeris fieri potest, ad calculum exactiorem hujus probabilitatis progredi, vetet, immensa. & fere homini non concipienda, saltem numeris non exprimenda, Propositionis hujus Probabilitas, & ex antea adductis, quanto hujus numeri magnitudo, omnem quam cogitare mens nostra potest numerorum vim, superet intervallo, jam primo intuitu constat.

Sed, an de universali illo, quem hæctenus assumimus, structuræ & ædificii mundani, cum certis finibus consensu, sat certi sumus? Condonamus, plenariæ naturæ rerum ignorantie, eorum, qui sic quærere possunt, frivolum hanc quæstionem. & consulimus ut a Physicis, Astronomis, Anatomicis, a NEWTONO, WINSLOWIO REAUMOURIO, NIEUWENTIITIO, & innumeris aliis, se erudiri patiantur. Ulteriorem hæc quæstio responsum non meretur.

Sed si quis, prolato, aut alio quocunque argumento, de summi Numinis existentia jam convictus evaserit, non abjicienda erit assidua naturæ scrutatio, cui distincta, vivida & intuitiva cognitio, perfectionum divinarum, summæ ipsius in creaturas benignitatis, potentiæ, qua omnia, quæ placent producit, & sapientiæ, qua omnia dirigit, non indigna videtur, in qua sibi acquirenda, laborem colloquet. Celebrari quotidie, & a quibusvis fere libenter concedi audimus, hæc Dei perfectiones, sed nescimus an sat vividum, gratitudinis, venerationis & admirationis, Creatori benignissimo debita, sensum cuidam adscribere queamus, qui naturæ cognitionem negligit, id saltem audacter affirmamus, eam hic intercedere differentiam,

rentiam, quæ alias cognitionem, non nisi ex sola aliorum narratione hautam. & propriis sensibus, propriis oculis, adquisitam distinguere solet. Testes hic advocamus omnes eos, qui, erendis hinc Dei vestigiis mundo impressis, infudarunt, ut quid senserint, quidve experti sint, ipsi farentur.

Nec sollicitè quærenda aut occulta sunt, hæc de infinite perfecto mundi conditore testimonia, cum potius attentius mundi mechanismum scrutanti, qui Mathesi & Geometria armatos in ipsum conicit oculos, cuilibet sponte pateant. Abundat ipsis, tota systematum mundanorum & solarium compages; Planetæ quem inhabitamus structura; artificiosissima corporum vegetabilium & animalium, immensa varietate conspicuorum, exâdificatio; nec oculos quoquam conjicere possumus, ubi Deum, se ipsum manifestantem, non inveniamus. Adderemus hic, quod in a se detecta minimæ actionis lege. Perill de MAUPERTUIS invenisse sibi visus est, summæ Dei sapientiæ, in condendis universalibus motus præceptis, specimen, cum de limitibus non circumscripta ipsius veritate non ambigamus, (k) nisi subdubitaremus anne motus corporum leges, essentiæ corporum, non liberi decreti divini, sint consecraria, sicque a summi Numinis electione non magis pendeant, quam veritas propositionis, quod duo & duo sint quatuor, aut veritates arithmeticæ & geometricæ cæteræ quælibet.

Ne vero, iis, qui de Dei existentia ambigunt, plus tribuere nos mundo perfectionis, quam experientia teste in ipso offenditur, videamur, de phænomenis quibusdam, quæ difficulter cum hac, quam larius hactenus celebravimus, systematis omnium entium creatorum pulchritudine, consistere posse, videntur, pauca adhuc monenda nobis erunt. Instar omnium sit unicum a sapius jam

C 2

adducto

- (k) Quæ de hac lege nuperime in utramque partem acriter disputata sunt, notiora sunt eruditis, quam ut recessionem eorum instruere necesse sit. Unius tantum, non ita pridem, a Celeb. quodam Physico obmoti dubii, mentionem injiciamus. Concludere Vir Clariss. quem innuimus, Perill. de MAUPERTUIS existimat, ad probandam legis hujus veritatem, sequenti ratione: Lex ex qua omnes motus leges, quæ, quod in natura locum habeant, per experientiam constat, consequuntur, vera est, atqui, ejusmodi est lex minimæ actionis, & pro vera proinde habenda est. Vir Celeb. in argumento hoc majorem reprehendit, cum enim ex logicæ præceptis constet, ex falso interdum verum sequi posse, male veritatem principii Maupertuisiani, ex eorum, quæ inde deducuntur, veritate colligi existimat. Fatendum omnino est, rem ita se habituram, nisi Propositionis: Si Principium minimæ actionis est verum, leges motus a Physicis traditæ solite etiam veræ sunt; aliunde constaret reciprocabilitas. Quod vero cum sit, argumentum Perill. Inventoris potius ita fluere statuendum est: Quæ lex, ex veris motus legibus omnibus concluditur, & ex qua rursus istæ deduci possunt, ea vera est, A, v. est prius de minimæ actionis lege E. & posterius. Ita conceptum argumentum, viro cujus causa damnabatur, obnoxium ulterius non erit.

adducto Perill, de MAUPERTUIS, (1) in Cosmologia tentamine prolatum exemplum, quod propriis ipsius verbis, ex libelligermanica versione desumtis, hic allegamus: *Man erwäge die Hervorbringung einer Fliege oder Ameise. Wir werden an ihnen die Sorgfalt der Vorsicht für die Eyer dieser Insecten, für die Ernährung der Jungen, für das in der Verwandlung Hülle verschlossene Thier, für die Entwicklung seiner Theile bey seiner Verwandlung, (addendam jure putamus, artificiosissimam corporis vilissimorum istorum insectorum, constructionem) bewundern müssen. Die Abticht von diesem allen ist die Hervorbringung eines Insects, welches dem Menschen beschwerlich ist, welches der erste Vogel frisst, oder welches sich in dem ersten Spinnengewebe fängt. Sollie man hier nicht befürchten, daß, in dem der eine hier etwas darinnen antrifft, wodurch er sich in seiner Ungläubigkeit bestärket? Primo intuitu, casus ejusmodi, qualis is est qui hisce verbis exhibetur, omnino cum summa conditoris mundi sapientia, consistere non posse videntur, sed si dicendum quod res est, nihil contra superius evicta, adstruunt, nec, nisi animum, in ratiociniis evolvendis, non satis cautum, dubium reddere possunt. Id enim certo certius constat, ens istud, quod artificiosissimam coagmentationem corporis ejusmodi animalculorum, mente primum concepit, & ad actum postea perduxit, quod instinctu naturali, ad prolem procreandam & conservandam ipsa, facultate, apta finibus media inveniendi, destituta, instruxit, sapientia, intellectu & potentia, ultra humanam comprehensionem longissime evectis, prædictum esse debere; e contra vero, certum non est, nec probari ullo idoneo argumento potest, contradicere sapienti eventuum electioni, quod tanto artificio constructa machina, in pabulum cedat, bestiolis vilioribus. Ignoramus enim, eam quæ ex hoc phenomeno oritur longissimam eventuum catenam, & scopum ignorantes, an medium sapienter electum, sit, necne, dijudicare in nostra non positum est potestate, cum e contra, priori in casu, ex fine statim obvio, de mediorem prudenti electione non difficile sit judicium. Nec male quenquam habere debet, hæc quam defendimus, operum Dei incomprehensibilitas, cum enim experientia teste, infinitum non capiat, angustis circumsepta limitibus mens nostra, mirum non est, si in entis infiniti operibus, occurrant, quibus perspiciendis, quorumque nexui cum ultimo creationis fine, evolvendo, impares sumus. Non nisi minima totius, nostro obtutui patet pars, in qua si harmoniam observamus, satis tuto inde ad constructoris sapientiam concludimus, si deprehendimus, quæ minus apte cum cæteris coherere videntur, judicium nostrum suspen-*

(1) I. cit. p. 32 & 33. Monendum simul nobis est, nos Viro summo, notam, quasi divinam existentiam impugnaret, plane non inrere hic velle, cum qui adducta in nexu legerit, satis deprehendere possit, Perill, Virum a sententia ista plane alienum esse.

suspendere tenemur, (m) cum in angusto, quem intuemur campo, forsitan id. cujus causa hoc est, quo offendimur, non includatur. Similem, similibus objectionibus, responsonem, non difficulter, qui profundius investigare, omnia, quæ circa hæc disputari solent, voluerit, invenire poterit. Sufficit nobis, ea in lucem aliqualem posuisse, quæ movere possunt Theologum quemvis, quæque commoverunt. *B. Virum*, ut in naturæ & Matheſeos assiduo studio, fummas suas delicias, quod sæpe fateri solebat *Vir Summe Reverendus*, per totum vitæ cursum, & in proVectiori quoque atate, semper poluerit.

Hæc erga Deum pietas, quæ *Viro Summe Reverendo*, scientias hæc præ aliis commendabat, norma Ipsi quoque fuit, secundum quam omnes suas actiones, dirigere solebat. Hanc virtutem, cæterarum omnium fontem atque originem, omnia Ipsius gesta, tam distincte exprimebant, ut eorum, quibuscum Ipsi commercium intercessit, quibusque innouit, nemo bonus de ea se modo subdubitare possit, unquam existimaverit. Detegi hic possent, per universum vitæ Ipsius cursum, hujus rei vestigia, nisi actum agere, & quæ *Magnificus Dominus Prorektor*, in supra jam adducto scripto latius profecutus est, repetere, detrectaremus. Expectabant a nobis porius Lectores, ut, quinam sint, quibus orbi erudito innouit, & scientiarum incremento inservit, *Venerandi nostri Senioris*, labores, scriptraque publice edita, a nobis edoceantur. quapropter vitæ Ipsius Historiam, non nisi, admodum succinctam hic tradimus.

Natus est *Vir Summe Reverendus*, Rostochii A. R. S. *CLJLCLXXII*, d. 3 Novembr. Patre, HERMANNO BECKERO, Ipsius in officio academico & ecclesiastico antecessore, & matre AGNETA HASSERTZ Mercatoris urbis hujus insignis, filia. Educationem a parentibus, ejusmodi nactus est, qualis ad formandum juvenutis intellectum, & ad emendam voluntatem, necessaria est. Quamdiu B. Ipsius parens, in vivis erat, privatæ quorundam instructioni, tradebatur, post beatam vero ejus mortem, qua *CLJLCLXXXI*, terrenis rebus ereptus est, partim hic Rostochii, partim Anclami, publicam scholam frequentabat, & posteriori loco, usque ad annum *CLJLCLXXXIX*, commorabatur, quo tempore patriam, studiis altioribus operam daturus, reperebat. Theologicis se studiis destina-verat, & assidue in Philosophiæ atque Theologia studio, præcuntibus Celeberr. tunc viventibus, in utraque scientia, Professori-bus,

(m) Les Mœurs I. Partie Chap. II. §. 4. Aucune des imperfections ne se trouve en Dieu: c'est lui sans doute, qui regit l'univers: comment donc pourroit-il y arriver de véritables desordres? Je vois deux choses à cet égard, dont l'une est évidente, & l'autre obscure; il est évident, que Dieu est juste, sage & tout puissant; il n'est pas évident, que ce qui paroît un désordre le soit en effet, Dieu pouvant avoir des lumières supérieures aux nôtres; Je décide de l'incertain par le certain, & je conclus, que tout est dans l'ordre.

bus, versabatur. Felices sic equidem faciebat, brevi tempore, progressus, sed tantam jam tum sibi adquisiverat Matheseos cognitionem, ut ultra vulgus saperet. & pulchritudinem ac dignitatem scientiæ hujus perspiceret, nilque magis optaret, quam, ut superiores in ipsa faciendi progressus ipsi daretur occasio. Non inveniebat eam apud nos, hoc tempore, *Vir Summe Reverendus*, quo Matheseos Professio publica, per aliquot jam annos vacabat, nemoque hic aderat, a quo erudiri potuisset. Non deterrebat tamen ipsum, omnes, quæ se offerebant difficultates, sed potius calcare addebant, ut proprias tentaret vires. Quod omnes, qui in Matheseos studio, ultra prima rudimenta, progrediuntur, se experiri fateantur, tanta animum hac scientia perfundi voluptate, inque tantum sui amorem abripere suo studiosos, ut ab assidua ejus cultura, quod dimovere ipsos posset, inveniri nihil queat, id & in *B. nostro* accidit, qui studiis hæc tanta diligentia insudabat, ut quoque sanitatem suam insigniter labefactaret. Interea Anno *MDCLXXXII*. B. fratris suasu, patrios linquere lares decernebat, & in Frisiam Orientalem se conferebat, instructionem proximi cujusdam cognati sui, Domini BECKERI, qui postea ad illustre Cancellarii munus, a Sereniss. Frisæ Principe, evehctus, magnis in patriam suam meritis, nomen suum ab oblivione vindicavit, in se suscepturus. Non minori hic cura, in scientias theologicas & mathematicas incubuit, quam antea solitus erat, post biennium vero ibi peractum, A. *MDCLXXXIV*, rursus patriam accedebat. Admovebatur hic denuo erudiendis quibusdam juvenibus, & Amplissimo hujus Urbis Senatui, anno proximo sequente dignus videbatur, quem inter eos, ex quibus deligendus erat, ædium D. Jacobo consecratarum, Diaconus, nominaret. Cum vero, quod ex voto accidebat *B. nostro*, spartam hanc non obtineret, torum se rursus scientiis tradens, ut etiam aliorum usus, adquisita sibi eruditione inserviret, Magisterii gradum A. *MDCLXXXVI*. d. 25 Maji in se conferendum curabat, & tam prælectionibus assiduis, quam aliis laboribus academicis, indubia, singularis, pertinenti diligentia acquisita, eruditionis, edebat specimina. Quoddam quoque temporis, formandis juvenum personarum moribus & scientiis consecrabat, ex quorum numero nominandæ nobis sunt, Generosissima Virgo, L. B. DE MEERHEIM filia, cui scientias mathematicas, quarum insigni ipsa, raro in sexu suo exemplo, flagrabat amore, explicabat, & Generosissimus Dominus de VIETINGHOFF, cujus heroica facta, & quam strenuus fuerit belli Dux, non ignorant, qui eorum quæ recentius gesta sunt, historiam scrutantur. Mathematicum in hac Academia Professio Senatoria, inde a B. Patris Venerandi BECKERI nostri obitu, vacaverat hætenus. quod, qui digne sustinuisset ipsam, prouti tunc temporis rariore erant, qui Mathesi se consecraverant, inveniri nemo potuerat. Editis variis scriptis, aliisque speciminibus, insignem



insignem, qua pollebat harum scientiarum cognitionem *Vir B.* jam saepius testatam dederat, unde Amplissimus Urbis Senatui, ad munus hocce Ipsum, A. 1717. omnium ex judicio eo dignissimum, vocare, nullus dubitavit. Biennio post in matrimonium ducebat, omnium, quae femineum sexum exornant virtutum possessione conspicuam, MARGARETHAM COECILIAM TIELKEN, primarii Civitatis hujus Consulis, Domini JOH. JOACH. TIELKEN, filiam, ex quo conjugio, quae *B. nostro*, digna tanto parente, proles nata sit, silemus hic, cum *Magnificus Dominus Prorector*, progeniem hanc data opera enumeraverit. Quam in officio academico, *Vir summe Reverendus*, & in praedictionibus suis, assiduitatem, & in docendo, perspicuitatem, omnium cum applausu commonstraverat, Amplissimo Urbis Senatui, causa erat, cur ipsum A. 1721. Scholae Rostochiensis, tanquam Rectorem praeficeret. Augebantur sic in immensum fere *B. Viri*, ex duplici officio orti, labores, cum praecipue ab ea, quam aliquoties jam laudavimus, in majori mathematicarum & theologiarum scientiarum cognitione acquirenda, solita sua diligentia, per negotiorum frequentiam, repelli se nunquam passus fuerit. Incidebat vero *Vir B.* in morbum, iis qui nimis intemperanter studiis, magnam animi attentionem requirentibus, incumbunt solemnem, quapropter, cum ad obeundum, cui antea se destinaverat, munus ecclesiasticum, se ipsum inidoneum existimaret, Jurisprudentiae primum, & mox Medicinae operam dare incipiebat. Sed restituta quodammodo sanitate, ad Theologiam, & quam nunquam neglexerat Mathesin, denuo revertebatur. Fama, *Viri summe Reverendi*, interim majora quotidie acquirebat incrementa, unde saepius, ad officia ecclesiastica, & semel, ad Professionem Mathematicum in vicina Celeberr. Academia Gryphiswaldensi, evocabatur. Nec dubitasset *Vir B.* quae offerebantur, officia, acceptare, nisi *B.* foceri ipsius, Dni. Consulis TIELKEN obstitisset voluntas, cui, ut alio transmigraret, *Vir summe Reverendus*, nunquam, ut consentiret, persuaderi potuit. Gerebat itaque officia sua, summa & omnium applausum provocante diligentia & dexteritate, usque ad A. 1724. quo anno, Scholae Rectorum, cum Archidiaconi Ecclesiae Jacobae, munere commutabat. In hoc officio constitutus, tanta fidelitate animarum sibi concreditarum curam gessit, tantam eloquentiae sacrae sibi conciliavit laudem, ut venerationem & amorem, non eorum solum, qui urbem hanc incolunt, omnium, sed & exterorum, quibus innotuit, in se derivaret. Praerat huic officio usque ad A. 1731. quo tempore post *B.* fratris obitum, aedum Jacobaeorum Pastor eligebarur. Nova accedebant Viro *B. A. 1732.* officia & labores, cum post *B. WEIDENERI*, Theologi Celeberrimi, mortem, Summe Reverendi Ministerii ecclesiastici Rostochiensis, in Ipsum devolvebarur Directorium. Negotiorum cumulus, aetas prorector, & praecipue,

pne, ex dilectissimæ uxoris A. ClōlōCCXXXIV. demortuæ, obiit, ora tristitia, infringebant equidem ex hoc tempore sanitatem B. nostri, sed in gerendis negotiis alacritatem & diligentiam suam infringi non patiebatur, quantum potius per valetudinem adversam, & ex senio ortam imbecillitatem, licebat, officiis suis, ad vitæ usque finem, satisfaciebat. Eripiebatur tandem nobis, A. ClōlōCCLIII. d. 25 Novembr. hora post meridiem sexta, beata atque tranquilla morte; & qui ex obitu Ipsius non contristatus fuisset, quique, ut summo Numini placuisset, ulteriorem adhuc vitam *Venerando Senti* indulgere, non oprasset, nemo bonus, cum utrumque a *Magnifico Domino Prorectore*, in superius adducto Programmate, Lectores fufus edoceantur.

Longævitatē concesserat B. Viro, summi Numinis benignitas, dignissimo ea, cum vere vixerit, id est, nullum vitæ momentum transire passus fuerit, quo non vel Ecclesiæ, vel literariæ reipublicæ, in usum, vergentibus laboribus, occupatus fuisset. Testes hujus rei erunt, juxta annorum seriem mox commemoranda nobis, *Viri summe Reverendi*, scripta, tam publice edita, quam alia, quæ lucem non adspexerunt, cæterique in literarum incrementum suscepti labores. Referimus ad hanc ultimam classē, præcipue observationes astronomicas, a B. Viro assidue habitas, de quibus tamen monendum nobis incumbit, longe majorem esse earum numerum, quam memoratas a nobis inveniunt Lectores, cum in scriniis B. Viri plurimarum historiae adhuc lateant, quæ anxie quidem quaesitæ, adhuc inveni non poterunt. Sunt vero Scripta & Observationes astronomicæ *summe Reverendum BECKERUM*, autorem agnoscetes, quæ sequuntur.

1694.

*Apovirmi thetico polemici, Theologiam in synopsi exhibentes, defensi Præfide S. R. Dno. Nicol. QUISTORPIO.*

1696.

*Disputatio de angelis, Præfide S. R. Dno. Franc. WOLFFIO, habita. Est hæc a B. nostro defensa, sexta earum, quas in Collegio disputatorio, de boethemate, publici juris fecit, Celebrerrimus, quem nominavimus, Theologus.*

*Horosophia mathematica, Exercitatio academica prima, exhibens definitionum mathematicarum, caput præmiale, de Mathefi universali, d. XXVIII. Augusti defensa, Respondente, Christi. Dieter. HALTÈRMANN, Rosloch. Continet hæc dissertatio, definitiones terminorum in Mathefi usitatorum, qui quantitatum generalissimas affectiones spectant. Collegerat B. Parens, Viri summe Reverendi, definitiones, ex universa Mathefi, non tamen Lexicographum egerat, sed systematico ordine ipsas disposuerat. Sane ex numero earum, quas Disputatione hac continentur, quas ex relictis a Patre sebedis, in lucem protulit. Mens erat B. Viro, succosse omnes vulgare, quod tamen propositum, exequi Ipsi non licuit.*

1697.

1697.

Cum munus Mathematicum Professoris capesseret Vir B. de Mathefi, falso  
 & merito suspecta, publice dicebat, quae tamen oratio typis non expressa est.

1699.

Horosophia mathematica, Exercitatio secunda, exhibens definitiones, ex  
 universa tam generali, quam speciali Arithmetica, placide amicorum disquisitioni  
 exposita d. 5 Apr. Resp. M. Job. Ebreufr. PFEIFFER, Misena-Murico. Sco-  
 pum & contenta hujus dissertationis, ex superius, ad Exercitationem primam,  
 monitis, facile didicissimum Lectores.

Eclipsin Solis, d. 13 Sept. St. v. observavit. Nec initium, nec finem,  
 nec maximam obscurationem annotare nubes permiserunt, sed 7 phasibus observatis,  
 contentus esse debuit.

Exercitatio historico-chronologica, qua investigaturis Seculi 17 finem,  
 demonstratur, annum millesimum septingentesimum, ex mente Autoris ara hodierna,  
 a nativitate Christi servatoris, numerantis annos, re vera esse Seculi 17 finem,  
 insequentem vero 1701 novum in choare seculum. Roslochii ato 3 pl. Quaestio haec,  
 sub seculi praecedentis finem, a variis varie decisa, singularis in Chronologiam, ob  
 Epocham ara vulgaris dubiam, est influxur. Wismariensium ecclesiarum Superin-  
 tendentis, S. R. GERDESII iussu, Vir B. opusculum hoc publicaverat, sed  
 cum ad questionem aliter responderet, quam GERDES/US optaret, indignationem  
 ipsius in se concitavit, quam tamen, omni, quae decet hominem christianum, man-  
 suetudine, toleravit.

1701.

Observatio Eclipsos lunaris, habita d. 22 Febr. Eclipsos hujus initium  
 hor. 10. 59', finis vero h. 1. 28' apud nos accidebant.

1703.

Dissertatio, exhibens miraculum Solis & Luna, in hemisphario Gabaonis  
 & Ayalonis ad mandatum Josua stantium, d. - Octobr. publice defensa, Resp. I.  
 HOEMANN, Colb. Pomer. Recusa praestat quoque hac Disp. Jena 1739. S. R. autor,  
 miraculi hujus circumstantis considerat, & praecipue, quid locus hic scripturae, ad  
 probandum Solis circa terram motum, valeat, disquirat.

1706.

Disputatio, de vi corporum elastica. Scripti hujus amplio remcomensationem,  
 exhibere prohibemur, cum omnem haecenus factam perquisitionem, subterfugiat.

Observatio Eclipsi Luna, d. 28 Apr. Initium ipsius annotavit Vir B.  
 h. 12. 59' 30'', finem observare non licuit.

Observatio Eclipsos solaris, d. 12 Maji, quae 9b 25' 15'' incipiebat,  
 hora vero 11. 32' 29'' finebatur.

Observatio defectus Luna, d. 21 Octobr. Eclipsos hujus initium, ob  
 nubium impedimentum, observari non potuit h. 9. 25' 12'' umbra telluris, lunam  
 penitus deserebat.

1708.

Dissertatio, exhibens miraculum, retrocedentis in Sciaterrico Achasi umbra  
 solaris, in fidem promissi divini, per Prophetam Esaiam, Hiskia regi dati, publice  
 defensa d. 23 Maji. Resp. Joach. v. Scheven, Ancl. Pomer. Usum Mathefos in  
 E quaestio-



questionibus theologicis quibusdam enodandis, commonstraturus, S. Rev. Autor, ad varias, circa miraculum hoc disputari solitas, quaestiones, in hoc scripto respondet; An. v. c. fuerit verum miraculum? an refringendum sit ad sciatericum Aethi? solum? an recte inde inferatur, motus Solis diurnus absolutus circa terram? &c.

Observatio Eclipsos luna, d. 29 Septembr. qua incipiebat 8h 52' 40", & finiebat 11h 19' 35".

Observationes Macularum solarium, d. 10 Sept. & 1 Dec. conspectarum, Prima rudimenta Logices, in usum Scholae Rostochiensis.

1709.

Publicavit hoc anno, & sequentibus usque ad A. 1714. ex Sereniss. Ducis FRIDERICI WILHELMI 2l. mem. mandato, Calendaria. Superius adducte Observationes astronomicae anni 1708. impressa prostant, in Calendarii hujus anni adpendice.

Observatio macularum solarium, mense Januario.

Observatio Eclipsos Solaris, d. 11 Martii. Finis hujus Eclipsos observabatur h. 3. 20'. Initium non accurate satis notari potuit.

Impressa est, harum observationum hystoria, cum delineatione, in Calendario anni sequentis 1710.

1710.

Observatio Eclipsos Solaris d. 13 Febr. cujus initium ob 40' finis 3' 20' accidebat. Typis expressa est ipsa in Calendario A. 1711.

1711.

Untersuchung und Auflösung, der Aufgabe, wie zur gegebenen Basis, und Verhältnis der Seiten des, das allergrösste Dreieck zu determiniren sey. 12 pl. 4to. Proposuerat Viennensis monachus quidam Problema, hic solutum a B. Viro. Geometris, in scripto sub titulo, des Oesterreichischen Friedens-Wundersches im größten Triangul.

1715.

Programma, quo Stellam natalitiam, tanquam Mercurium, Soli Justitia proximam, proponit, eoque ipso Cerebus academiis festam Nativitatis devote celebrandum inducit.

Programma, quo ad exequias Nobilissima Virginis Dor. Ernesta Klauenbergiae, invitat. 2 pl. 4to.

Scripta haec, una cum proxime sequente, Vir S. Rev. tanquam tunc temporis Academiae Rector, edidit.

1716.

Programma paschale, quod mortuorum resurrectionem, in resurrectione Christi fundatam, tanquam verum miraculum, contra leges naturae factam, proponit.

Edidit quoque hoc anno, Programma quadragessimale, cujus tamen inspicendi, copia nobis facta non est.

1717.

Dissertatio mathematica de multiplicatione, d. Augusti defensa, a Resp. Christ. Nicol. a WINSHEIM Ancl. Pom. postea Astronomia Professore Petropolitano Universam de multiplicatione doctrinam, tam, quatenus ad Logisticam numerosam, quam speciosam spectat, illustrat egregie hoc scripto Vir S. Reverendus.

Erbautliche

Erbauliche Betrachtungen über dem Propheten Jonas, anfangs in 70 Predigten der Christliche Gemeine vorgetragen, nummehr aber auf insändiges Verlangen gottseliger Herzen, zum Druck befördert. 4to. (\*)

1720.

*Nova hypothesis, de duplici visionis organo & modo, dioptrico altero, altero catoptrico, quorum hoc insectis, illud vero animantibus reliquis, concessisse natura videtur, d. 12 Sept. publice defensa, Resp. Joh. Herm. BECKERO, summe Rever. nunc in Lib. Civitate imper. Lubeca Pastore. Demonstrat in hoc scripto, insectorum oculos, non uti reliquorum animalium, cum camera obscura, sed potius cum speculo convexo polyhedro, quandam habere similitudinem, unde quoque sensationem hanc, in animalculis istis longe alia ratione, quam in homine aliisque animalibus perfici concludit. (\*\*)*

1721.

Sieben Passions-Sculen, deren jede für Augen stellet, das Bild Jesu mit einem Denkmort, in 7 Fasten-Predigten, über den XXII Ps. nebst einem Anhang kurtz erwogener Geschichte vom Begräbniß Christi, anfangs im Jahr 1720. in öffentl. Gemeine vorgetragen, nummehr aber auf Begehren zum Druck befördert. 8vo.

1723.

*Hoc & sequentis anni initio Academia Rectoratum gerens edidit;*

E 2

Pro-

(\*) *Insigni eloquentia sacra pollebat habitu, Vir S. Venerandus, quod non fatentur solum, omnes, quibus sermones e suggestu facientem, audire contigit, sed praesens faculenter quoque commonstrant conciones. Forsitan non minima, perspicuitatis, & concinnitatis, Sacrorum Viri B sermonum, ratio, quae fuerit detegi poterit ex verbis Celeb. de FONTENELLE in Praefatione saepius jam citata: L'Esprit geometrique, n'est pas si attaché à la Geometrie, qu'il n'en puisse être tiré, & transporté à d'autres connoissances. Un Ouvrage de Morale, de Politique, de Critique, peut-être même d'Eloquence, en sera plus beau, toutes choses d'ailleurs égales, s'il est fait de main de Géometre.*

(\*\*) *Egregie convenit hac hypothesis, cum SWAMMERDAMI, circa hoc negotium, placitis, in libro ipsius postumo, cui titulum praefixit: Bibel der Natur, pag. 200, vers. germ. scribentis: Aber wie geht es nun, mit dem Gesichte der Bienen, und anderer Insecten zu? Ich antworte hierauf: Der Bau ihres Auges erweise sonnenklar, dass das Gesicht bey ihnen nicht auf die Weise, wie bey uns geschehe, nemlich durch das Eindringen versammelter Lichtstrahlen durch den Augapfel, in die netzformige Haut, sondern durch ein blosses Anrühren der umgekehrten Pyramidal Fasern, die das durch die Hornhaut durchgetriebene Licht, in Bewegung setzet. Es sind also diese Augen so zugerichtet, dass sie die Gestalten der Dinge durch ein blosses Fortstossen des zurückprallenden Lichts empfangen können. Man kan also der Insecten ihre Augen im geringsten nicht mit den unsern, oder auch mit einer dunkeln Kammer vergleichen, da die Gestalten der Dinge auf Papier oder weissem Tuche, vermittelst der Zurückprallung der Lichtstrahlen sich zeigen. Non tamen mutatus est, hanc hypothesis a SWAMMERDAMI, Vir S. Rev. cum quod allegavimus opus, non nisi post A. 1727. a BOERHARTIO in lucem protrahatum sit.*

*Programma quo serias natales saluatoris nostri indicit, simulque ad Philantropian Dei in Nativitate Jesu luculenter conspiciam, pia mente meditantam, civos academicos hortatur.*

*Programma, quo serias quadragesimales indicit, & insinuat efficaciam Redemptionis in evolvendo peccato, considerare civos academicos monet.*

1724.

*Programma, quo serias paschales indicit, & insinuat de Resurrectione nostra cum Christo disserit.*

*Programma, quo luctuosum obitum, Domini Christi, Gotfr. RHON Lubec. Phil. & Theol. Cultoris, indicit, Fol.*

1729.

*Ständrede zum Gedächtnis der Wohlfeel. Fr. Barbara Sophia v. Derßen. Fol.*

1730.

*Abdruck der wahren und unveränderten Augsburgerischen Confession, welche im Jahr 1530 nach Christi Geburt, auf dem vom K. Carolo V. ausgetriebenen allgemeinen Reichstage abgefasset, vorgelesen, übergeben und geprüfet worden, nebst angehängten hystorischen Bericht, von dem, was vor, bey und nach der Uebergabe geschehen, sonderlich den christlichen Gemeinden der Stadt Wostock zum heilsamen Gebrauch, aus wohlmeinenden Willen besorget, von dem Ministerio daselbst. 8vo.*

*Occasione Jubilei Augustiana Confess. ab Ecclesia Lutherana hoc anno celebrati, hanc editionem fieri curavit, B. noster.*

1736.

*Observatio transitus Mercurii sub sole d. 11 Novembris.*

*Descriptio observat. hujus impressa legitur in den Hamburgischen Nachrichten von gelehrten Sachen A. 1736. St. 95. Occasione ipsius edita d. 1738. Vir. S. Rev. epistolam ad diarium hujus auctores, in qua de causa, cur semita Mercurii incurvata apparuerit, disserit. Summus nostri temporis Astronomus, Dnu. DE LISLE Acad. Reg. Scient. Paris. Socius. & in Colleg. Reg. Paris. Mathematicum Professor, Petroburgi tunc temporis, primarii Astronomia Professoris munus gerens, ansam arripuit, ex hac observatione, Virum S. Rever. per literas compellendi, & commercium epistolicum, cum Ipso instituendi.*

*Latent praeter adducta haecenus scripta, typis expressa, in scriinis B. Viri, adhuc plura alia, quae lucem non aspexerunt, quanquam, ut orbis eruditio innotescant satis digna sint. Non commemoravimus nisi aliquot eorum, cum non nisi pauca conspiciere nobis licuerit. Sunt quorum ad nos pervenit notitia.*

*Eclipses aliquot solares pariter atque lunares, Roslochii sub elev. Poli 54° 10' observatae, ac in perpetuam posterorum memoriam annotatae.*

*Continet hic libellus, observationes Eclipsium ab A. 1699. ad A. 1708, supra a nobis recensitas. Addidit B. Vir, harum Eclipsium calculum, ex Tabulis Rudolphinis J. Keplerianis.*

*Projectio einiger Sonnen Finsternisse, auf Wostock entworfen.*

*Exhibet hoc scriptum Eclipsium solarium quae ab A. 1715. usque ad A. 1748. contigerunt, calculum & projectionem.*

*Anweisung zur Ausrechnung der Sonnen oder Erd Finsternisse.*

*Affervat praeterea, Bibliotheca Academiae publica:*

Müsch.

Ausrechnung aller Winkel der *Vertical-Linie* mit der *Ecliptica*, unter *Rostochischer Polus* Höhe, bey dem Eintritt der *Sonnen* in die 12 *Himmels* Zeichen durch alle *Tages* und *Nacht* Stunden.

*Tabula ista, iis qui aliquando contemplando caelo, apud nos vacabant, utiles futurae, ut construantur, quanta calculi tedia devoranda sunt, non ignorantia Astronomia periti.*

Versuch die Winkel der *Vertical Linie* mit der *Ecliptica*, unter der *Rostochischen* *Polus* Höhe in einem geometrischen *Disq* zu entwerffen.

Observation von dem Vorübergang des *Mercurii* durch die *Sonne*, An. 1736, den 1 i *Novemb.* angestellt.

Silentio praeterire non possumus, praeter haecenus adductos, in *Academia* emolumentum susceptos *B. Viri* labores, plura adhuc esse, quae *universa Academia* nostraque praesertim *Facultati*, memoriam ipsius *sacram esse*, jubent. Quoties enim, in *Ipsam* publica devolvebantur officia, summa in id semper cura incubuit, ut ex *asse ipsis* satis faceret. Et commendo *Academia* pro virili *inserivet*. Reclutatum *Academiae* bis Ann. *MDCXVI.* Et *MDCCLXIII.* suscepti, nostra vero *Facultatis* *Decanatum*, vixinti duabus vicibus gessit. *Manu* enim hoc administravit, Annis 1698, 1700, 1703, 1706, 1709, 1712, 1714, 1716, 1718, 1720, 1722, 1724, 1726, 1729, *semestri* *hyemali*, *A.* 1731, per *astatem loco* *Celeb.* *KOEPKENII*, sub *initium* *Decanatus* sui demortui, eodemque Anno per *hyemem*, *A.* 1733, Et 1735. *semestri* *astro*, Et *denovo* *A.* 1736, 1744, 1748, *ultimaque* *vix* 1752 per *hyemem*. Tangat equidem *ordo* suscipiendi *hujus* officii, *Virum* *B.* etiam *A.* 1740, sed ob *adversam* *valetudinem*, *ipsum* *administrationem* *declinare*, cogebatur. Quinque, in hoc officio *conspitimus*, *dignissimos* *Philosophiae* *Candidatos*, *Magisterii* *gradu* *decoravit*, quod factum *recoramus*, *A.* 1707, d. 10 *Mart.* *A.* 1713, d. 23 *Maji*, *A.* 1723, d. 4 *Maji*, *A.* 1744, d. 30 *Mart.* Et *A.* 1749 d. 30 *Januar.*

Sed superest adhuc labor, in *Facultatis* *nostrae* *commodum* *vergens*, a *B. Viro* *profectus*, quo non solum qui nunc *vivunt*, *Philosophia* in hac *Academia* *Professor*, sed Et, qui in *posterum* *nebis* in officio hoc *succedent*, *universos*, *devinctos* *sibi* *reddidit*. *Publicum* enim *Facultatis* *nostrae* *tabularium*, quod *Archivum* *vocant*, a *praedecessoribus* *nostris* *vestra* *equidem* *scriptorum*, *documentorumque* *mole* *dicitur*, sed tam *inordinatum* ac *perturbatum* *acceperamus*, ut quid *primum*, quid *secundum* *esset*, *dici* *vix* *posset*, Et si *quaerenda* *essent*, quae *vel* *ad* *Jura* *vel* *historiam* *Facultatis* *illustrandam* *faciebant*, non nisi *summo* *labore* *inveniri* *possent*. Cum vero *Vir* *B.* *A.* 1731, *Decanatum* *Facultatis* *gereret*, *farraginem* *hanc* *scriptorium*, non nisi *perinacis* *assiduitate* *vincibili* *labore*, tam *apte* Et *concinne* *disposuit*, ut *si* *eorum*, quae *temporibus* *praecedentibus* *gesta* *sunt*, *investigandi* *incidat* *necessitas*, quae *eo* *pertinent* *scripta*, *minimo* *negotio*, *quaerentibus* *semet* *offerant*. Quapropter *B. Virum*, *Facultatis* *nostrae*, *Jurium* *suorum*, *conservatorem* Et *restauratorem*, *agnoscere* Et *nominare* *nulla* *dubitatur*. (\*\*\*)

G

Debetur

(\*\*\*) *Ejusdem* *generis* *beneficium* a *B. Directore* *suo*, *acceptum*, *grata* *mente* *agnoscit* Et *celebrat*, *S. Rev. Ministerium* *ecclesiasticum* *Rostochiense*.

Debetur mentis haecenus recensitis *Viri Summe Reuerendi*,  
aeterna recordatio, non tamen prolixè Lectoribus hanc commen-  
damus, cum egregia B. Viri gesta, ab oblivione per se satis secura  
sint. Unicum hoc addimus, quod Summo Numini devote Aca-  
demiàm universam, una cum Facultate nostra commendemus,  
& ut indulgere Ipsi in posterum membra, BECKERI  
*nostri* vestigiis insistentia, velit. pie precemur.

---

P. P. ROSTOCHII A. MDCCCLIV.

D. 7 APRILIS

SUB SIGILLO.

FACULTATIS PHILOSOPHICÆ.





№ 1985

4

ULB Halle

007 401 299

3





32



PROGRAMMA  
MEMORIÆ  
VIRI

SVMME REVERENDI, AMPLISSIMI, EX-  
CELLENTISSIMI ET DOCTISSIMI,

DOMINI

VIRI BECKERI

MIÆ ROSTOCHIENSIS, ET IN EA,  
PROFESS. SENATORIORVM, ATQUE  
SOPHICÆ, SENIORIS, REVERENDI MI-  
STICI DIRECTORIS ATQUE SENIORIS,  
PHYSICES PROFESSORIS P. O. SCHOLA-  
RIENSIVM INSPECTORIS, ET AD  
S. D. IACOBI, PASTORIS

VIRI

MORTALIVM,


ORBEM LITERARIVM, ACADEMIAM,  
QUE NOSTRAM, MERITORVM,

V. NOVEMB, ANNI MDCCCLIII.

DEMORTVI,

SCRIPTVM

A  
CÆTERISQUE MEMBRIS FACVLTATIS  
E, IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI



ROSTOCHII,

ADLERI, SEREN. DVCIS ET ACAD. TYPOG.

*N 1985*

